



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

26 Collatio ecclesiae parochialis, praevio examine, ab examinatoribus in  
Synodo dioecesana non deputatis, est nulla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

exiterint tot examinatores synodales anti-  
qui, qui ad hunc numerum aſcendant,  
tunc eligat illos, qui vivi fuerint, ac ſup-<sup>29</sup>  
pleat alios de novo, approbatos tamen  
a capitulo, uſque ad numeri p̄fati com-  
plementum: verū, ſi nulli antiqui syno-  
dales examinatores ſuperstites fuerint,  
tunc Episcopus novus examinatores pro-<sup>30</sup>

bitate, ac ſcientia idoneos, qui à capitulo  
approbati ſint, non pauciores, p̄dicto  
numero ſubſtituat, & veniente vacatione  
eiuslibet parochialis eccl̄ia, Episcopus  
ex p̄dictis examinatoribus tres eligat,

qui cum eo examen juxta decretum conc.  
d. cap. 18. ſeff. 24. perficiat: officium autem i<sup>31</sup>  
omnium p̄dictorum examinatorum  
ſynodalium ſubrogatorum expirare cēſſe-  
tur, cum primū advenerit tempus novae  
synodi juxta formam cap. 2. ead. ſeff. 24.  
elebrandæ, ut in declarationibus ejusdem  
ſacrae congreg. ſuper eod. cap. 18 §. Clemens

26 viii. † & proviſio parochialis facta ei, qui  
non fuit examinatus, & approbatus ab ex-  
aminatoribus in ſynodo deputatis, ſed ab  
alijs, quos Episcopus elegit, eſt nulla, &  
beneficium potest impetrari, uti referva-  
tum per conſtitutionem Pij V. cap. 32. in  
Bullario Rom. imprefſam.

27 Ecclesia parochiali vacante, † ſtatiū  
vicarius, ſeu vicarij, ſi per plures erit admini-  
ſtranda, cum congrua fructuum portione,  
& affiſiatione, qui onera ipſius eccl̄ie  
ſuſtineant, donec ei de rectorē fuerit pro-  
viſum, arbitrio Ordinarij conſtitui debent,  
eod. c. 18. paulò post princ. ſeff. 24 & congreg.  
conc. ſuper eod. cap. in decis. tit. Aquilan.  
Lucen.

28 Edictum † verò publicum, quo voce-  
tur omnes, qui volunt examinari intra de-  
cem dies vel aliud tempus ab ordinatio-

p̄ſcribendum, quo clerici ad regendam  
eccl̄iam corām examinatoribus nomi-  
nentur, eſt publicandum, † & arbitrium,  
quod Episcopis poſt dictos decem dies  
conceditur, ultra alios decein extendi non  
poſt, Pius V. in conſerendis, ſ. prohibe-  
tes conſt. 32.

Peracto † autem exame, ſi ante fa-  
ctam collationem veniat alijs, qui petat ad  
examen admitti, non eſt audiendus, idem-  
que judicandum, ſi comparet elapsi ter-  
mino edicti. congreg. conc. ſuper eo:  
cap. 18. in decis. sub. tit. Peruſin que incipit  
peracto.

31 Ad parochiales † per concurſum con-  
ferendas exame corām Episcopo, vel vi-  
cario, & examinatoribus tribus, non pau-  
cioribus, fieri debet, eo. cap. 18 ſeff. 24. quo  
peracto, qui idonei judicati fuerint, ſunt  
Episcopo renunciandi, qui de jure com-  
muſi eum eligeſe debet, quem examina-  
tores magis idoneam judicarint. c. metro-  
politano 63. diſt. c. Moyses. cap. ſicut ergo. § 8.  
qu. 1. cap. cuſtos cum glo. in verb. ſanctiores.  
de off. cuſt. auth. de monach. §. ordinatione.  
collat. 1. & eo. cap. 18. §. peracto. ſeff. 24. &  
Pius V. ead. conſt. in conſerendis: & peccant

32 † eligentes bonum, qui poſſunt meliora  
eligeſe, cum ad id neceſſariò teneantur.  
Arch. in d. cap. licet ergo, & Fed. de Sen. 9. §.  
numer. 1. ex mente tamen ſacrae congrega-  
tionis, examinatores debent vota ſua dare,  
ſed Episcopus non tenetur ex collatione  
votorum eligere, ſed poſt, cui maluerit,  
ex approbatis, beneficium confeſſe, non  
habita ratione calculorum ipſorum voto-  
rum, poſtquam examinatores renun-  
ciaverint, quos judicaverint idoneos, ut per  
ſacram congr. ſuper eo. c. 18. in decis. sub. tit.  
Hierac. & sub. tit. Taruſin.

Magis